GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.
Seite 77v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



uit. ita ut diffusa in corpore eius uarietas
lepre more imitari uideretur. Sed ad dei
famulum diductus. salutem pristinam citius
recipit. nam mox ut eum tetigit. omnem cutis
illius uarietatem fugauit. ac

Eo quoque tempore. quo alimentorum inopia
campaniam grauiter affligebat. uir dei diuisis
indigentibus monasterii sui cuncta tribu
erat. ut pene nihil in cellario. nisi parum
quid olei in uitreo uase remaneret. Tunc
quidam sub diaconos agapitus nomine
aduenit magnopere postulans. ut sibi
aliquantulum olei dari debuisset. Uir autem
dei qui cuncta decreuerat in terra tribue
re. ut in celo omnia reseruaret. hoc ipsum
parum quod remanserat olei iussit petenti
dari: Monachus uero qui cellarium tene
bat. audiuit quidem iubentis uerba. sim
plere distulit: Cumque post paululum si id quod
iusserat datum esset inquireret. respondit